

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Excusatio u  
cum fonte primo

Intellige tua esse uicia que putas rerum.  
Quedam enim locis et temporibus ascribimus,  
at illa quocumque transierimus, secutura sunt.

Seneca ibidem (LV. epistola).

Quid enim aliud agis quam  
ut meliorem te ipse cotidie facias,  
ut aliquid ex erroribus ponas,  
ut intellegas tua vitia esse quae putas rerum?  
Quaedam enim locis et temporibus adscribimus;  
at illa, quocumque transierimus, secutura sunt.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae  
morales*, 50.1 (L. Reynolds ed., vol.1, pp.130-1,  
ll.25, 1-2).